


M. Thomae Cant. Llecki



-290

Donavit Jos. Jakubowski
Pr. Emeritus 1854. a, b, c.

Tractatus breuis atq; v vtilis venerabilis Episcopi Petri Cameracensis

Tractatus breuis atq; v
vtilis venerabilis Episco
pi Petri Cameracensis Nos nedum vehens in
cognitionem eorū: que in Prima Secunda atq;
Tercia regionibus aeris fiunt sicuti sūt Sidera Ca
dencia Stelle comate Pluuia Ros Pruina Nix
Grando Ventus Terremotus Verūetiā genera
tionem quorūdā corpm infra terram vti sunt fos
sibilia atq; metalla nobʼ indicabit diligēterq; cor
rectus & emendatus in lipczensi studio.



De impressionibus aeris Venerabilis domini Petri de Eliaco Epi Cameracens: studij parisiens Cancellarij Libell⁹ sup libros Metheororū Arestotelis Incipit feliciter.

Ropt̄ nūm admirari inuētū est philozophari vt dr̄ in p̄mo methaphisice Et q̄r omnia que naturaliter p̄ducuntur maximā dubitationez nostris sensib⁹ inferant Effectuuz eīn de quibus in libro metheoroꝝ (quorum quidam supius: quidam inferius circa terrā generantur) nunc ad laudez dei et scolariū vtilitatem: cause sunt exponende. Et hoc iux̄ modum p̄cedendi et sentenciā noue translationis: cuz trāslatio antiqua in pluribus inueniatur defectuosa Ad quaꝝ ignorānciam causaruz sunt aliq̄ necessaria p̄mittenda Primum sit illud. q̄ aer in tres ptes diuidit̄: que regiones a philozophis appellant̄. s. in supmam. mediam. infimam Quarum suprema scd̄m Aristotilez ē in continuo motu Reuoluit̄ eīn cōtinue circa residuam partem mundi inferiorem scd̄m reuolutionem ignis in spera sua. qui reuoluit̄ eternaliter ad reuolutionem orbis lune ꝛ alioꝝ planetarū ꝛ orbium celestium qui p motū octaue spere ab oriente in occidens Iteꝝ ab occidente in oriens perpetue rāpiūntur Sed cum motus sit causa caloris vt habet̄ p̄mo metheororum et scd̄o celi Sequit̄ q̄ illa. s. supma regio est excellenter calida Illius aūt caliditatis causa assignat̄ scz appropinquatio ad sperā ignis q̄ caliditatis causa est effectiua Et hanc causam nō tangit Aristotiles tñ multi philozophi illā p̄bant Infima vero regio est in continuo motu vt vult autor p̄sens. qm̄ ipsa continue agitatur p̄pter varios motus et oppositiones a rebus inferioribus et supioribus p̄cedentes p̄pter quos illa efficitur calida Cuius caliditat̄ cā est inter alias notabilis ab arestotile posita scz refractio siue reflectio radioꝝ solis a terra et aqua et alijs corporibus solidis in eadem regione existentib⁹ Media autē regio est que est inf̄ supmam et infimaz et est in continua quiete siue transquillitate qm̄ ei deficiunt cause motuum dicte, cōmuniter Et ad eandem non pertingunt radij solares qui a corporibus inferiorib⁹ reflectunt̄ Sed tñ per ipsam transeunt radij incendentes qui non sunt caloris effectiui p̄pter q̄ illa regio calore caret et excellenter frigida reputatur: Sed consurgit questio.

Que est causa q̄ illa media regio efficitur frigida.

Cum aer de sui natura sit calidus ꝛ humidus vt habetur scḋo de generatione Ad quam respondet petrus de alphernia dicēs istam regionē fieri frigidam a stellis Quā causā nō approbo qꝛ tunc ille stelle remitterent calorez ignis in sua spera Cum omne agens forcius et prius agit in ꝓpinquuz q̄ӡ remotum vt dicitur scḋo metheoroꝝ et octauo phisicorum Et ꝑ ꝯsequens ignis in sua spera non esset sūme calidus sed remisse qḋ non conceditur Propterea Cū frequēter dicit Aristotiles stellas eē effectiuas caloris nō inuenimus enz dicere illas eē effectiuas frigiditatis nisi ꝑ accidēs et per eaꝝ absenciam ꝛ remotionez Itm̄ ꝓbat aristotiles scḋo celi q̄ oīes stelle sunt sperice. sic arguēdo Nā aliqua est stella sperice figure igiť oīs A simili arguendo illa stella est effectiua caloris igiť omnis Cuz sint eiusdem speciei quia nō erūt effectiue frigiditatꝭ vt vult. quapropter restat aliā causam assignare q̄ in memorijs scolariū est fortiter imprimenda.

Est enim Sciendum q̄ aqua et terra in suis locis existentes nō modicuz sunt effectiue frigiditatꝭ cum sint mľtuz frigide vn̄ sole occūbente vsqꝫ ad eiusdē ortum possunt magnā ꝑtem aeris ad frigiditatem transmutare. que quidez frigiditas attingere potest vsqꝫ ad mediā regionem aeris inclusiue De inde oriente sole Cuius radij a corporibus p̄dictis reflectuntur vsqꝫ ad occasum eius dictam frigiditatē prius actaz in infima regione aeris possunt remittere et eandez regionē ducere ad calorem Sed tn̄ radij dicti reflexi non pertingant mediam regionem aeris vt supius dicebatur Illam necessario relinquūt frigidam Et cum talis processus non deficit ꝑ naturaz non ē mirandum si ipsa frigida excellenter reputatur nec habet aliquam calefactionem nisi ꝑ humorē vel etiam vapores per actionem solis eleuatos qui dictam regionē paꝝ calefacere possunt Postea circa nostrum ꝓposituz est ꝓcedendum scꝫ per actionem solis et stellarum et maxime ꝑ reflectionem ista corpa inferiora calefiūt Et virtute eius calefactionis ab eis duplex materia eleuatᷓ quaꝝ vna ē calida et sicca Et eleuatur a corporib⁹ siccis Reliqua est calida et humida et eleuatᷓ a corporibus humidis Illa igiť vtraqꝫ maetria calida vocatur qn̄qꝫ fum⁹. spiritus. Aliqn̄ exalacio. qn̄qꝫ vapor. quibus vocabulis vti intēdim⁹ in hoc libro ne quis tn̄ vocabulis nullaten⁹ ꝯpuls⁹ sibi ignotis ꝑ ignorancia vocabuli aliquis insipiens reputetur Cum ḡ sit duplex

vapor scilicet Calidus et humidus Calidus et siccus.

Sciendū est Vapor calid⁹ ꝛ siccus est levior natura vapore calido et humido Cuius causa est maior accessus ad naturam ignis Est eñ ignis calidus et siccus vtꝫ scđo de gñatione Quapropt̄ dictus vapor ad altiorem locuꝫ elevat̄. q̄ȝ vapor calidus ꝛ humidus elevat̄. eñ ad supremaꝫ regionem aeris Vapor eñ calidus et humidus residet in media regione aeris Et quādo qꝫ in infima regione aeris. scđm q̄ plus participat de gravitate vel minus Ideo ex vapore calido et sicco generāt̄ illa que multum accedunt ad naturam ignis. s. quedaꝫ fantasie que vocantur flamme Quedam vocant̄ halō Quedam eges et sidera cadentia vel currencia ꝛ alia plurima que in sequentibus apparebunt Ex vapore aūt calido ꝛ humido generantur illa que habent naturaꝫ aqueam puta pluvia. ros. grando. nix. et alia multa que apparebunt in sequentibus.

Igitur ad nostrum porpositum accedamus Primo autem dicamus quomodo generatur res flammea Que secundū arestotelem est ardor spiritus sicci. i. vaporis calidi ꝛ sicci Et secūduꝫ hoc flām̄a de qua hic loquit̄ est quedā ignitio frequent̄ apparens temporibus nocturnis ad modum stipule in campo ardentis Vt vult arestoteles exp̄sse primo metheororum Cuius causa est vapor Hic eñ elevatur calidus ꝛ siccus ad sup̄mam aeris regionem in qua alteratur a calido circumstanti vt ex ipso fiat res valde inflammata que ab arestotile vocatur ypcauma ab iper. i. cito et cauma incendium quasi materia cito incensa Et illud ypcauma quandoqꝫ multum habet de longitudine et latitudine ꝛ calore circumstante ꝛ scđm partes plurimas inflammat̄. que inflammatio oculis hominuꝫ miram dat apparentiam vt ignorātes timeant esse p̄sagium alicuius mali futuri et hoc est flamma. Deinde videamus quomodo fiant dalij qui interpretantur nuncij et generantur sicut ipercauma qđ quandoqꝫ multum habet de longitudine et minus de latitudine vel competenter minus: quoniam illud ex quo generatur flamma deinde propter calorem et motum circumstantem inflammat̄ in suprema aeris regione secundum partes longitudinis cuius aspectus assimilatur ignitioni cadenti ꝛ huiusmōi ignitiōes sunt que vocant̄ dalij Postea videamus qualiter fiant eges qui interpretant̄ capre saltantes Fiunt eñ cum dictuꝫ ipercauma multū habet de longitudine ꝛ competenter de latitudine et tñ longitudinis habet partes equaliter

dispersas et non ad inuicem continuatas in longitudine inter q̄s
dam circumstancias minores ⁊ quasdam maiores quarum enim
parcium ex vna circumstancia caloris inflammatur Ex cuius in-
flammatiōe inflāmat᷑ alia distans ab ea Et sic deinceps vt videa
tur ab insipientibus idem saltare ignis ab vno loco in alium lo-
cum ad modum capre Postea videamus quō habent fieri sidera
cadencia vel discurrencia fiunt enim sic Quia cum ypcauma mul
tum habet de longitudine ⁊ parum de latitudine tamē partes tam
longitudinis q̄m latitudinis vnam habent continuitatem De-
inde dictū ypercauma in vna eius extremitate a dicto calido cir
cumstante inflammatur que inflammatio succensa velocissime cō
tinuatur vsqꝫ ad aliam extremitatē eiusdem ypercaumatis . ita
vt videatur idem in numero discurrere de vno loco in alium Et ei
us aspectus erit similis stelle comate cum tamen non sit Sed ig
nitio ypercaumatis vt dictum est ad similitudinem huius visio-
nis vel apparitionis secundum arestotelem habere possumus ex
emplum in duabus candelis . quarū vna supponitur alteri et sint
ambe accense Deiñ p flatum suffocatur inferior ita q̄ ei⁹ fum⁹ at
tingat flammā sup̄ioris quo facto videtur q̄ quidam globus ig-
neus descendit a superiori candela in inferiorem Sed tamen non
est idem ignis numero Sed fumus ille attingit ignem a superio-
ri candela que inflammatio est causa succense inflammationis ali
arū parcium eiusdē fumi donec pertingat ad lumen inferioris
candele vt ipsum accendat Eadem similitudo potest haberi de
vno filo cuius inflāmatio incipit ab vna parte ⁊ vsqꝫ ad aliā cō
tinuatur Videtur enī idem ignis discurrere per partes fili . ꝫ nō
est ita Aduc aliter scd̄m arestotelem generantur sidera cadentia .
q̄nqꝫ huiusmodi vapor calidus et siccus non ascendit ad supre-
mam aeris regionem Sed residet in regione frigida in qua ab ae
re frigido vel frigore ingrossatur dictus vapor vehementer ⁊ tūc
aggregatur ex coadunatione ex q̄ coadunatione eius calor forti-
ficatur cum virtus vnita sit fortior se ipsa dispersa Deinde ex hu
iusmodi actione vapor inflāmatur et inflammatus per quandā
astrictionem partibus aeris circumstantibus deorsum propellit᷑
Sicut lapis inter digitos stringitur ⁊ sepe per fortem expressio-
nem labitur Et quando sic generantur sidera cadencia tunc idē
est ignis numero qui de loco vno ad locum alium mouetur .

Querit quare ignis ille non movetur deorsum recte aut sursum Recte moveri est igni naturalis et p consequens motus rectus deorsum est ei innaturalis sive contrarius motus vero obliquus tenet medium Ex quo habet q plus repugnat huiusmodi igni motus rectus deorsum q obliquus potius igitur sibi sumit talem motum q rectũ.

Preter predicta sunt alique fantasie nocturne Quarum quedam vocantur ab arestotile colores sanguinei quedam hiatus quedam vorago Colores autem sanguinei hoc modo generantur Elevatur enim vapor calidus z humidus. z calidus z siccus ad supremam aeris regionem in qua a calido circumstanti inflammatur et per medium eius flamme apparent quedam stelle quaz lumina in eandem flammã incorporantur et dant nobis apparentiam sanguinis z huiusmodi colores apparentes quandoq plus accedunt ad colorez sanguinis z quandoq minus sm diversitatem materie inflammati vaporis

Propter qd notandum q secundum arestotelem vapor spissus et densus dat apparentiam coloris nigri vapor vero subtilis dat apparentiam albi medie vero apparencie z disposi-tiones vapoz dant apparentiam colorum omnium mediorũ.

Deinde videamus quomodo fiant hiatus et quomodo appareant vnde scdm arestotelem in firmamento apparet nobis quedam apertura ita vt ignorantes dicunt celum perforari Ad cuius noticiam notandum secundum arestotelez q in remota distancia colorum Color niger positus circa album apparet remotior Albus vero pinquior quo supposito est sciendũ Qz vapor calidus z siccus in dicta regione existens quandoq sic disponitur q eius materie pars est multum spissa propter qd facit apparenciam coloris nigri Sic enim apparet q ibi est niger color in medio albi coloris z p consequens ille niger apparet in remotiori distantia Et color albus in propinquiori. modo certũ est q omne corpus Cuius media pars apparet remotior q circumferentia videtur perforari Non est igitur mirũ q in tali corporis interpositione in aerem aspicientibus apparet apertura. Nam hyatus huiusmõi similitudinẽ habem9 in pictur9 Pictores eñ frequenter in parietibus colorez nigrũ depingunt int colorez albũ z ex tali picturatiõe videt paries pforat9 Postea videam9 quomodo fiant voragines pro quo Sciendum q voragines non

differunt ab hiatu nisi in hoc quod vorago videtur habere maiorem profunditatem hiatus vero minorem Et fit ex eadem causa nisi in hoc quod quando vapor habet partes medias multum densas et partes circumferentiales multum subtiles tunc apparet maior profundatio Et quando media pars est minus spissa tunc apparet minor Et sic omnes dicte fantasie apparent de nocte propter absenciam solis quia in eius presentia appapere non possunt. propterea enim illuminationes temporibus serenis apparent et tranquillis eo quod in alijs temporibus impediuntur propter nubes interpositas et etiam propter turbationem ventorum propter quos calores dissoluuntur.

Alia pars in qua facile et breuiter restat videre quando et qnomodo et a quo generatur stella comata Est enim stella comata inflammatio quedam apparens ad modum stelle habentis comam et generatur quando eleuatur vapor calidus et siccus in magna quantitate ad supremam aeris regionem Et cuius media pars sit multum spissa et densa Partes vero circumferenciales multum subtiles et rare versus omnem partem celi extensas deinde inflammatur dictus vapor secundum partem mediam et secundum partes circumferentiales Sed inflammatio partis medie videtur stella magne quantitatis Inflammatio enim parcium circumferentialium dat similem apparentiam come et sic tota ignitio composita dat similitudinem stelle comate et sic ab arestotile nominatur Est vlterius notandum quod huiusmodi vapor aliquando non habet partes laterales circumferenter extensas Sed tantum versus vnam partem celi et tunc inflammatio huiusmodi vaporis dat apparentiam stelle non comate Sed stelle habentis barbam et tunc vocatur pegonia idest barbatum et ita dicit Arestoteles vnam talem stellam fuisse in occasu et barba eius extendebatur versus aliam partem celi. Deinde est notandum vt dicit arestoteles aliter aliquando generatur talis stella comata. Eleuatur enim aliquando vopor sub aliqua stella erratica .i. sub aliquo planeta qui quidem vapor inflammatur secundum totum dictus planeta per medium eius apparet et ita vt ille planeta apparet in eodem loco cum illo vapore vocatur stella et inflammatio dicti voporis dicatur coma et totum aggregatum vocatur stella comata.

Ulterius notandum q predicte stelle non possunt generari int tropicos scdm aristotilē ꝓpt excellētē calorem quē facit sibi sol discurrens sub zodiaco ab vno tropico ad alium et econuerso Calor enim ille dissoluit vapores et non possunt cō-gregari ad generationem supradictaꝝ stellarum ꝓpter qd semꝑ siūt extra tropicū in ꝑtibus australibus aut borealibus.

Ulterius considerandū scdm aristotilem q huius-mōi stelle ꝟcāt tps ventosū siccū destructiōz fructuū ꝛ in gētib⁹ rixas ꝓlia mortem pricipum quoꝝ causas nō assignat aristoti-les ꝟ ego breuit signabo Sic generat vētū qꝛ vapores in sua ele natione qn̄qꝫ nō attingat ad supremam aeris regionem Sed re percuciunt ab aere grosso et frigido ipsius medie regiōl aeris aut inferioris ex qua repcussione agitatur aer et mouetur ꝑ mo tum eiusdem aspirationis siue flatus qui quidem flatus dicitur ventus Et cum ventus calidus pluuiā impediat trām desiccat et omnia terrestria animata siue inanimata fuerint Cum vero nimia siccitas non permittat fructus ꝓduci. quia sine humore ꝓduci non possunt ꝟcant predicte stelle destructionem fructuū Signant rixas quia siccitas est principium caloris ignei qui ē principium iracundie scdm galienuz Ira est causa rixarū Rixe vero ꝓliorum prelia vero sunt cause mortis principuz et alioꝝ pugnanciū Sed a principe fit denominatio tanq̄ a principaliori ꝛ nobiliori et diligenti auditori placeant cause quas inq̄siuim⁹ Huiusmodi stelle sūt eciaz cause ventositatis qd arestotiles de-clarat ꝑ exemplū dicēs lapides eleuari in appitiōe h⁹modi stel-laꝝ Et assimilat stella comata scdm arestotelē in flāmatiōi pla-netaꝝ quaꝝ ꝑtes medie sūt ml'tū spisse. circūferētiales ꝟo rare ꝛ in flāmatio ꝑcium mediarum similis come Deinde ē sciendū q h⁹modi stelle comate triplex fuit causa antiquoꝝ Qm̄ anaxa goras ꝛ democrit⁹ dixerūt huiusmōi iflāmatiōz eē stellā celestē hn̄tez comā ꝑ naturā ꝛ posuerūt illaz stellā ꝑ maiorē ꝑtem tpm latitare sub radijs solis ꝛ qn̄qꝫ exire eos radios et seipsum no-stris sensibus demōstrare Ipocras ꝟo dicit q huiusmodi stella comata ē quoddā aggregatuz ex uera stella ꝛ vapore inflāmato Sꝫ illas opiniones qꝛ nō sunt necessarie dimittamus.

Postea videamus qūo et ex qua materia veniet ga laxia q̄ interp̄tat circul⁹ lacteus ꝛ apparet in tpibus nocturnis sub stellate noctl claritate quedā via alba q̄ in diuersis mūdi ꝑ-tib⁹ diuersimode appellat in q̄dam vocatur via pura in colonia

vocatur via scti Jacobi et sic diversificatur scdm diversas na-
tiones: generat em sic in octava spera sunt quedā stelle fixe mul
tum magne ꝛ fulgide quasi scdm circulum situate q̄ scdm are-
stotilē vocāt speratice. i. seminate qm̄ sicut grana seminata hic
inde dispgunt ita ꝙ inter se ordinē non hn̄t Sic supradicte stel
le nō vident habere ordinem qm̄ hūc duodecim signa zodiaci
quoꝝ quedam constituunt figurā cancri quedā ariet ꝛc̄ Et sup
dicte stelle ꝯuenient speratice dicuntur Ille vero stelle p actiōz
in illa inferiora elevant vaporez calidū et siccuz ad supmā aer
regionem qui vapor incipit inter aspectum nr̄m ꝛ dictas stel-
las quaꝝ stellaruz lumen a dicto vapore restrigit ꝛ in eodem in
corporat cꝰ aspectus assimilatur circulo de albato sive lacteo ꝛ
ille circulꝰ est qui galaxia nominat Sz quidā expositores po-
nūt istuz vaporem inflāmatum qꝛ ad hoc vident sonare verba
arestotelis Sz talē inflammatiōz nō videt vbiqꝫ eē necessariaz
neqꝫ vtilem ad huiusmōi apparitiōz neqꝫ intelligo p inflāma-
tiōz posito ab arestotile in hoc libro nisi in corpatiōz luis in di-
cto vapore Et si q̄ras q̄re talis circulꝰ nō apparet in alia pte ce
li Dico ꝙ huius causa est duplex Prima est qꝛ q̄uis alie stelle
sint magne ꝛ fulgide sicut p̄dicte non tm̄ scdm ita magnam ml
titudinem situāt Scda causa est nocior. s. qn̄ int tropicos q̄daz
eaꝝ situant quedā appropinquāt tropico sub quo nō pōt talis
circulus apparere ꝓpter vehementem solis actionez int tropi-
cos discurrentē p quaz actionem disgregant ꝛ dissoluunt vapo
res vt non possint sufficient ꝯgregari ad huiusmodi circuli ap-
paritionem Et nō est causa solū huius actionis ꝛ dispositionis
Sed etiam aly planete p maiorem ptem tpm existentes inter
tropicos q̄uis aliqualiter a tropicis declinant versus poluz ar
ticum secundum ꝙ dicit auctor spere Et sunt rationes essigna-
te intuenti sufficienter.

De inde sciendū ꝙ huiusmodi circuli antiq̄tus fuit
talis causa assignata vna fuit pitagoricoꝝ dicentium huiusmōi
circulum eē adustionem firmamenti factaz p talem viam a so-
le eternaliter discurrente Scda oppinio fuit anaxagore ꝛ demo
criti dicentium solez etiam de nocte respicere quasdam stellas
in celo et lumen solis pertingere ad quasdam stellas propter
qd lumen ꝓprium nō poterit nobis apparare cū minus lumen
dispgatur in p̄sentia maioris luminis cum hoc dixerūt quasdaz
alias stellas quasi scdm circulos situatas quas nō respicit ꝓpt
interpositionem terre int solem et easdem Quidam ponunt lu-
mē eaꝝ apparē sub figura circuli et tale lumē ponūt esse galaxis

Tertia opinio fuit aloquorum quos non nominat arestotiles. Sz ego credo q fuit ipocraticoꝝ qui posuerunt galaxiam esse apparitionez solis in aliquo corpe speculari ac si dicerent q sol stans sub tra emittit radios suos ad aliqd corpus speculare sic aliquam speram celestem qui quidem radij reflectantur ad oculos nostros et visui faciunt aparitionem huiusmodi circuli Sz omnes istas opiniones reprobat arestotiles Patet igitur q oia pdicta fiant ex eadē materia. s. ex vapore calido et sicco nec differunt nisi scdm dispositiones accidentales.

Habita declaratione de his que fiunt ex vapore calido et sicco in suprema aeris regione dicēdū ē de illis que fiunt ex humore calido et humido in media regione et in inferiori Et incipiamus a pluuia que fit hoc modo Eleuatur enim vapor calidus et humidus modo pdicto qui non potest attingere supremam aeris regionem Cum non habeat vtutem sufficientem ad tantam eleuationem ꝑpter eius grossiciem et ponderositatem ꝑpter qd residet in media aeris regione in qua ingrossatur ꝛ inspissat a vehemēti frigido ingrossato qui quidez vapor cuz fuerit ingrossatus vocatur nubes deinde ꝑpter vlteriorē ingrossationem siue inspissationez in aquā ꝯuertit ꝛ cadit deorsuz Quia qnqz descendit sub guttꝰ nimis valde ꝛ tunc scdm arestotilez nō debet nominari pluuia Sz peliadis siue persecades quoꝝ interptatio est guttula cadens ꝛ qnqz cadit sub guttꝰ magnis ꝛ spissis et tunc vocatur pluuia. huiusmōi eñ impssionis similitudo pt haberi ex his rebꝰ inferioribus Primo de olla buliente Cuiꝰ vapor ad cooptorium attingens ꝯuertit in aquam Et etiam si suffles in lapide marmoreo qui est de se frigidꝰ ꝯuertit anhelitus in aquam Sed scdm arestotelem est sciendū q a nube ꝯuersa in aquam segregatur vapor terrestris et siccus qui in aquam ē cōuertibilis ꝛ ille vapor nominatur caligo qui scdm arestotilem nominatur nubes sterilis ꝛ pocius est signum serenitatis q pluuie Etiam si querit vtrum vapor sit calidus et siccus de quo fuit prius determinatum Dicitur q sic qr scdm petꝝ de alfernia nunq eleuat vapor calidus ꝛ humidus sine calido ꝛ sicco.

Postea videamꝰ quomō generat Ros Pro quo notandū q nō qcūqz vapor calidꝰ ꝛ hūidus hz vtutē ascēdendi ad mediā aerꝰ regiōz Sz multi vapores de die eleuati resident in infima aeris regione in loco ꝓpinquo terre ꝛ hoc ꝑpt debilitatē vtutis eleuantis vapores post solis occasū a frigiditate aerꝰ

nocturna in spissantur Et propter huiusmodi inspissationez in
aquaz ꝯuertunt qui quidem guttatim sꝑ deorsuz mouent Dein
de facto mane in sūmitatibꝰ arboꝝ ⁊ herbaruz sub figura speri-
ca inuenit ⁊ hoc est qđ ros appellat Ex hoc patet ꝙ ros ⁊ plu-
uia nō differunt nisi ꝙ pluuia generat ex multa materia ⁊ in fri
gore vehemēti et in loco alto puta in media aerꝪ regiōe Sz ros
fit ex pauca materia ⁊ frigore debili ⁊ in loco tre ꝓpinquo.
Nunc videndū qūo generatur pruina pro quo di-
cendū ē ꝙ dictus vapor calidꝰ ⁊ humidꝰ residēs in loco tere ꝓ
pinquo in tēporibꝰ ⁊ locis frigidꝪ sicut tpe hyemali ⁊ locis bo-
realibꝰ ⁊ in locꝪ alijs a frigore hyemis frigefactꝪ ꝓpt vehemēci
am frigiditatꝪ ingrossat ⁊ in spissat nō tamen in aquam ꝯuertit
Sz antequaz in aquā ꝯuerti possit totaliter ꝯgelat q̄ ꝯgelacōe
facta deorsū mouet Ex hoc terre sꝑficies dealbat Et hoc est ꝙ
pruina nominatur Ex hoc patet ꝙ ros et pruina differunt quia
ros fit ex vapore in aqua et frigore debili Sed pruina fit ex va-
pore ꝯgelato a frigore forti et veloci Sed conueniunt in hoc qꝛ
in eodem loco generant ꝓpt qđ concludit arestoteles ꝙ ros ge
nerat in locꝪ ⁊ tpibꝰ tpatis Sz pruina in locis ⁊ tpibus excellēt
frigidis vt in tempore hyemali.
Postea Considerandū qūo nix generat ꝓpt quod
Sciendūz ꝙ vapor ca. et hu. eleuat in mediam aeris regionem
in qua media regione tpe hyemali tāta dominat frigiditas ꝙ hu
iusmodi vapor nō in aquam conuertit Sz ex eius vehemēti fri
giditate aūquam possit ꝯuerti in aquam ipm totaliter congela-
tur q̄ congelatione facta deorsum mouet Cuiꝰ aspectus similꝭ ē
farine sꝑ terram sperse ⁊ hoc est ꝙ nix appellat Ex hoc patet ꝙ
nix non differt a pruina nisi sic̄ pluuia differt a rore eo ꝙ nix fit
ex ꝯgregatione multi vaporis et in loco alto .s. in media regiōe
⁊ a frigore multum veloci pruina vo fit ex vopore modico et in
loco terre ꝓpinquo ⁊ a frigore minus veloci Deinde non sī
ratiōe posset queri cū talis vapor sit calidꝰ qūo potest congelari
et non prius in aqua ꝯuerti Rndet scđm arestotelem tertio hu
ius ꝙ huiusmōi vapor melius disponit ad congelatiōz q̄ aqua
frigida eo ꝙ huiusmodi corpus est multū raꝝ ⁊ passibile ⁊ frigo
re circūstanti facilius penetrat ⁊ sic facilius ad ꝯgelationez al-
terat Vn̄ dicit arestoteles ꝙ facilius ꝯgelatur aqua calefacta
q̄ frigida qꝛ propt calorem ꝑus receptum prius fit valde rarū
ꝓpt ꝙ a frigore circūstanti facilius penetrat qꝛ frigus est causa

congelationis Et ideo dicit arestoteles ꝙ piscatores in pōto qui vtuntur glacie loco plumbi in venatione piscium prius aquam calefaciunt deinde aeri frigido exponūt que tunc a frigore penetratur et in glaciem transmutatur.

Postea videamus quomodo fiat grando Est enim Grando guttatim cōgelata in loco terre ꝓpinquo ꝓpter antiparistasim actio circūdata vel actio agentis circūdantis a suo contrario Et generatꝰ sic grando Cū vapores calidi et humidi in regione frigida fuerint in aquam conuersi descēdit huiusmōi aqua ꝑ radios solis a terra reflexos. que quidem gutte causantꝰ a calido vehemēti circumstante ꝓpꝰ quam cōpressionem earū partes ꝯgelantꝰ ꝛ vniuntꝰ Ex qua vnione eaꝝ frigiditas roboratꝰ ꝛ in glaciem conuertitur Deinde vniūtur ꝑtes guttatim cadentes ꝛ sic lapides cristallini suꝑ terraꝫ cadūt ꝛ hoc est ꝙ grando vocatur Sed tñ quereres quare vniūtur ꝑtes guttatim propter circumstans calidum cum calor sit causa plus dissolutiōꝭ ꝙ̄ vnionis es dico: ꝙ ꝑ se caliditas vel calor est causa dissolutionis. ꝑ accidens aūt vnionis et per antiparistasim fit vnio p̄dicta illo modo quia gutte suꝑ̄dicte per naturam sunt frigide ꝛ medium ꝑ quod descendunt est calidum vehementer Ex hoc patet ꝙ medium est dicto va pori contrarium scd̄m suas qualitates Ex quo noto ꝙ vnum qd̄qꝫ contrarium fugit ꝯtrariū suū ꝑ naturam et ergo cū supradicte gutte hn̄t contrarium ex omni parte circumdatuꝫ non potest aliqua fuga ꝯpetere nisi coadunatio Ex qua fuga necessario seqtur ꝯgregatio dictarum guttaꝝ et hoc patꝫ cuilibet intuenti Sꝫ multi non instructi in libris autenticis ſꝫ in cartulis et in paruis libris dicunt grandinē generari in media aeris regione a frigore circūstante congelari et in grossari Sꝫ respiciunt textum arestotilis et ipsum intelligant ipsi inuenient ꝙ illa opinio fuit anaxgore ꝛ est ab arestotile in multis locis reprobata Cuius improbationis prima ratio est qꝛ dicit arestoteles ꝙ grando mlᵗociēs ē in ꝓpinquo loco terre qꝛ si in media aeris regione fuisset formata antequam ad terraꝫ ꝑtingeret huiusmodi anguli essent penitus cōsumpti ꝓpter alterationem ab aere calido factam ꝑ deorsum motum Vnde dicit arestoteles ꝙ qñ habet figuram rotundam, tūc est signum ꝙ in loco alto generatur Non aūt in media aeris regione sed citra Postea dicit arestoteles ꝙ quando audimus terribilem sonum in loco ꝓpinquo Ita ꝙ timemus periculuꝫ futurum ꝛ fugiamus Sed cessante illo sonitu immediate cadit grando in

magna quantitate et sub figura angulari ⁊ illud quidem habetur p arestotelez dicētē q talis sonus aduenit ex actione contrarioꝝ in loco terre propinquo ex q̄ actione producitur grando et hoc p antiparistasim modo predicto Postea si fieret a frigido temporibus frigidis Cuius contrariuz videmus ad sensum Fit enim grando maxime in vere ⁊ autumno ⁊ in maturatiōe fructuū propterea q tunc pocius fieret in temporibus ⁊ locis frigidis q̄ calidis q est falsum quia in arabia et ethiopia fiunt grandines vehementes ⁊ terribiles et sepe in eodem die Et hoc est ꝓpter calidā ipsorum regionem In anglia vero ⁊ scocia non fiunt grandines vehementes nec nociue fructibus Sz nota q aliqui expositores dicunt arestotilem velle q vapor existens in aere calido propter actionem calidi in aquam ꝯuertitur anteq̄ potest descendere per antiparistasim ⁊ congelatur ex qua congelatione fit grando Sed tamen prima via est verior et consona veritati sine ratione quare magis tenetur.

De generatione fluuioꝝ et fontiū habito de generatiōe eoꝝ que fiunt ex vapore calido ⁊ humido Et que nō fiunt in terra Dicendū nunc est de gn̄atione eorū q̄ fiunt infra terrā ad quorum generationis noticiam est Dicenduz q vapores huiusmodi ꝓpter actionez corporum celestium non scdm totum ad supdictas aeris regiones eleuātur Sz pro magna pte resident infra terram et quoꝝ quidem resident propter defectum leuitatis intrinsice Aliqui vero modicum leuant ad aliquā regionez propter frigiditatem aeris supuenientis et propter alias causas compulsiuas vt sunt pluuia ventus et multa similia ad inferius reflectuntur et illi terram sic subintrantes et in eam residentes hinc ⁊ inde dispergunt vt pori similibus vel aliis receptaculis ibidem continentur Deinde a frigore circumstante ingrossant ⁊ in aquā conuertuntur. quemadmodum dictum est in generatione roris ⁊ pluuie qua congelatione facta per moduz resudationis guttatim fluit huiusmodi aqua ad aliquem locuz Ex quarum guttaꝝ cursu oriuntur cause et principuz omnium illoruz fluuiorum vt sunt fontes quorum foncium in nostris sensibus quidam apparent et quidam occultant eo q latitant in profunditatibus aquaruz Et eorum quidam situantur in locis ad quos attingere non valem⁹ sicut in tropico vel sub polis mundi vel sub aliis locis similibus Qz aūt sic producuntur fontes ostendit arestotiles p signa quoniam in locis campestris raro inueniuntur fontes vel paludes eo

ꝙ in talibus locis non est sufficiens frigus ad conuertendũ hu iusmodi vapores in aquã ⁊ illa nõ sunt omnino spongiosa siue ra ra que dispositiones multũ conferunt ad sorbendum huiusmodi vapores multe alie cause sunt sed tamen ille sufficiunt que ad ꝓ ductionem aque sunt necessarie Sed dicit arestoteles ꝙ genera tiones fluuiorum fiunt modo predicto in locis mõtanis eo ꝙ hu iusmodi loca frigida sunt intrinsice propter qd̃ non est in eis con cursus radiorum reflexorum sicut in locis concauis quia intrinsi ce sunt frigida propter eorum lapideitatem Lapides enim sunt naturaliter frigidi Sunt em̃ loca mõtuosa et spongiosa ratiõe c⁹ depositiõ multũ absorbent de vaporibus ⁊ aquis pluuialib⁹ su pueniẽtibus Sũt etiam rotunda ⁊ sperica q̃ figura est omnium figurarum capacissima ꝓpter qd̃ non est mirum si ab eis ꝓcedunt fontes qui sũt origines fluuioꝝ Patet ergo q̃ est causa: quare flu uij ppetuantur q: talis conuersio in aquã non potest habere finẽ Nã sicut vapores ꝯsumunt̃ sic p actionẽ solis ⁊ alioꝝ corporũ celestiũ sp alij vapores generant̃ g̃ ad ppetuitatẽ talis cause se quit̃ ppetuitas talis effectus. s. fluuiorum qui quidem causam cõ comitant̃ de necessario sequitur fluuiorum non habere finẽ scdm̃ duratiõẽ ⁊ ꝓp̃ hoc oportẽ eos durare Qd̃ aũt a mõtib⁹ ꝓcedunt fontes ac paludes ac fluuij confirmat exemplarit̃ Dicit em̃ ꝙ a monte pronas exijt quidã fluuius q̃ est maximus eoꝝ qui sunt in oriente tpe hyemali et ꝓcedunt fluuij valde magni et fontes ca restres ⁊ archos Ex monte vero caucaso qui est maior eorũ qui sunt in oriente ꝓcedunt etiã estiuali tpe fluuij magni quos nõ no minat arestoteles Sꝫ ponit signa magnitudinis ⁊ altitudis illi⁹ montꝭ. dicit ꝙ ꝓp̃ ei⁹ altitudinẽ ⁊ magnitudinẽ illumiat̃ p tres horas pt⁹ occasũ solis ⁊ p tres horas aũ eius ortũ ⁊ cetera alia plura ponit de quibus non est curandum Postea dicit arestotiles ꝙ ex monte pirenio q̃ est maxim⁹ eoꝝ qui sunt in occidente ab eq̃ noctiali ꝓcedunt fluuij magni. s. hystros ⁊ chrasis qui sunt extra columnas herculis Ex mõtibus vero ethilicis procedunt fluuij magni. s. egon et mises multi alij procedunt ex monte Archeto scilicet saligo salango ⁊ stranopho et subdit arestotiles ꝙ ideꝫ de alijs montibus est de quibus exponere non oportet Deinde scdm̃ arestotelem Sciendum ꝙ non solum generãtur flumĩa vel fluuij mõ predicto ꝫ etiam ad generationẽ eoꝝ multum conferũt aque pluuiales in hyeme venientes que loca montuosa subintrãt ꝓp̃ causas iamdictas Deinde p loca terre ad loca decliniora mouent̃

Ex quarum multiplici congregatione paludes fontes fluuij fiūt Et qui sic habent originem nō ꝑpetuantur Sed frequenter consumunt̄ ⁊ eorum loca desiccantur Et sic patz causa quare quidā fontes perpetuant̄ et quidaz desiccantur Silitudo generationis fluuioꝝ scd̄m arestotilem in artificialibus ē. quoniam artifices guttatim aquā faciunt cadere et currere per multa cannalia ⁊ varios eius concursus replent foueas artificiosas vt videant̄ similes fōtibus ⁊ fluuijs Deinde est sciendum ꝙ quedam erāt opiniones antiquoꝝ de generationibus fluuiorum quorum quidam dixerūt ꝙ aque pluuiales in hyeme sub intrant viscera terre. ex quibꝰ visceribus dixerunt emanare omnes fontes ⁊ fluuios et cū hoc dicunt ꝙ a visceribus exeunt ꝑpetui fluuij eo ꝙ aqua collecta sufficit eis scꝫ fontibus et fluuijs ad ministranduꝫ qui frequenter cōsumuntur eo ꝙ aqua in eis recepta non potest ei sufficere donec alia supueniat Aly dixerunt terram esse vnaz cōcanitatem in qua recipiunt̄ aque pluuiales vt sufficiant fōtibus ⁊ fluuijs Sꝫ tales opiniones reprobat arestotiles Sed cū eas reprobare nō sit multum necessarium;ideo dimittamꝰ Insuper est ponendum ꝙ scd̄m arestotileꝫ fluuij transmutant̄ de loco ad locum ita ꝙ in locis habitalibꝰ aliqñ erant fluuij ⁊ vbi nunc sunt fluuij fuit terra. aliquādo arida et sicca Et ab hominibꝰ habitata ⁊ talis trāsmutatio nō cessabit ineternuꝫ iuxta viam naturalem Causaꝫ huius trāsmutationis dicit arestoteles ꝑpetue fore ex constellationibꝰ que infinito tp̄e variant̄ Et subdit causam quare huiusmodi trāsmutatiōes nō apparent hominibus Et dicit ꝙ causa ē breuitas humane vite Cum fluuius in tp̄e alicꝰ hominis incipit transmutari homo morit̄ Et ille homo sp̄ antequam sensibil' transmutacio facta fuerit q̄ quidem mors aliqñ contingit in morbo aliqñ in gladio: qñqꝫ per alias causas consimiles Et hec de compilatione p̄mi libri methereorum arestotelis dicta sufficiunt.

tez Cōpilatio secundi libri metheororuꝫ arestotelis in q̄ scd̄m arestotelē ē ꝯsiderandū de vento. mari. ⁊ terremotu Et ideo videamus' que est causa generationis maris et eius ꝑpetuitat? Pro quo sciēduꝫ ꝙ scd̄m arestotelem quemadmodum corꝑalia mouentur sup̄ terram habencia inclinatiōꝫ ad centrum ad quaꝫ cetera elementa inclinant̄ ⁊ mouent̄ naturalit̄ sic in terra est dare locum in quo ⁊ ad quem om̄es aque ꝯgregant̄ ⁊ ꝯfluunt naturaliter. si non ab extrinsico impediant̄ Et ille dr̄ locus marinus quo supradicto ꝯfluxo aquaꝝ facto sequitur magna

euolutio aquarum p dictum confluxum eternaliter ꝯtinnatum
Sz cõmunit queritur. q̄re talis locus pocius dr̄ naturalis locus
aquaꝝ. q̄z alter aliquis locus in terra cuz aqua p naturaz habet
circūdare terram ⁊ nō plus ad vnaz ptez q̄ȝ ad aliaz declinare ad
qd̄ dico et respondeo Qꝛ causa est qꝛ ille locus dicitur magis de
cliuus q̄ȝ alia loca Et scd̄m ꝯmentatorem scd̄o celi aqua p naturā
inclinat̄ ⁊ mouet̄ ad loca decliua demum ꝙ ille locus metas aque
non trāscendit Ad huc querit̄ qu are (cū talis locus naturalis sit
aquaꝝ) aque ad ip̄m confluentes ab eo moueant̄ Quia videmus
ꝙ omnia encia talia p naturaz resident ⁊ quiescunt in locis natu
ralibus suis Ad qd̄ respondeo ⁊ dico ꝙ fluxus aquaꝝ ad illuz lo
cum sit naturalis Sz fluxus eaꝝ ab illo loco non est naturalis . ſȝ
pocius violentus quia cum ille locus nō sit sufficiens ad omnes
aquas simul colligendas necessariū est mltis aquis suis intrāti-
bus alias prius receptas expellere que quidē dicte expulsiōes ⁊
eoꝝ motus est violentus vt patz septimo phisicoꝝ Insuper est
notandum ꝙ triplex fuit oppinio antiquoꝝ de generatiōe maris
Quoꝝ quidam dixerūt habere originez mare a quibusdā fontib⁹
in eius ꝓfunditatib⁹ ascendentes Alij dixirunt ꝙ in principio ꝓ
ductionis mūdi aqua circūdabat terrā vndiqz Sz per acctiones
solis ⁊ aliaꝝ stellaꝝ vapores ab aquis eleuantur ⁊ aqua ꝓ mag-
na parte ꝯsumpta est Cuius pars nob̄ derelicta mare vocat̄ Et
a ddiderūt ꝙ illa ps nobis derelicta est in ꝯtinua mutatiōe ꝓpter
aquā supdictā p quā causā finalit̄ ꝯsumeret̄ mund⁹ ⁊ nō habuerūt
ꝓ incōueniēti qꝛ credebāt mūdū ⁊ opinabant̄ infinicies eū corrū
pendū ⁊ infinicies eū generādū Alij dixerūt aquā īfra t̄rā latitaē
.s. infra t̄re concauitatez quaz tartaꝝ appellabāt a q̊ ponūt oriri
fōtes fluuios ⁊ aq̄s marinas q̄s opiniones arestoteles reprobat.

De fluxu maris et refluxu postea videam⁹ quomō
fiūt fluxus mar꞉ de quib⁹ determiat arestoteles valde oculte Sz
vt eoꝝ causaz ꝯgnoscam⁹ Est notandū ꝙ sol hȝ virtutē mouēdi
sicca. luna vo hūida ꝓpter qd̄ videm⁹ ꝙ incremēto lune crescūt
⁊ augmētant̄ huida vt cerebrū medulla ⁊ alia silr̄ia In ei⁹ decremē
to diminuunt̄ ea ⁊ decrescere facit Et in eclipsi lune quedam hu-
mida consumūtur ⁊ desiccant̄ vt apparet in illis loc꞉ vbi reperiū
tur aliq̄ aquatica edibilia Patz etiā ex conchis vt testāt̄ multi ex
pti Isto supposito ē aduertenduz ꝙ qn̄ luna ascendit sup aliquez
orisontē necessariū ē ei⁹ vt radios aliq̄s extendat sup supficiē aq̄
marine in eadē regione existētes a quib⁹ radijs alterat̄ dicta aqua

vt subtilietur tumescendo et rarefiendo et sic ꝑ moduȝ ebulitiōis
mouet̃ versus illaȝ ꝑtem versus quā dicti radij sunt extēsi deinde
transeunte luna vltra mediū ꝛ postea tendente ad occasuȝ neces-
sariū est aquaȝ supdictaȝ ꝓprie nature derelinqui Et ꝑ ꝯsequens
oportet eam ad priorē locū moueri ꝛ habemꝰ duos motus quoꝝ
vnꝰ est motus aque ꝑ actionē lune Scđus motus aq̄ est ꝑ natu-
ram aque ꝓpriaȝ ꝛ illoꝝ motuum ṗmus vocat̃ fluxus. scđus vo
refluxus Et sic patȝ ex p̄dictis ꝙ fluxus est ad locuȝ altiorem et
eleuatiorē ꝛ refluxus ad locuȝ decliuiorem Deinde est sciendū ꝙ
non solū luna est causa ꝑ se huiusmōi refluxus Sȝ aspectus lune
ad solem mltū confert qñ est in opposito solis ꝛ ideȝ faciunt con
iūctiones alioꝝ planetaꝝ cū luna qua ratiōe roborat̃ in sua actio
ne Sic̃ ꝑ astronomos ē determinatū Deiñ scđm ꝙ dicit autor nō
fit fluxus et refluxus in mari magno sicut in alijs maribus Et di
cunt aliqui magnuȝ mare nec fluere nec refluere Cuiꝰ causa ē se-
cunduȝ arestotelē ꝓfunditus loci marini ꝛ eius amplitudo et aq̄
rum mirabilis multitudo Deinde potest queri Quare luna non
ꝯmonet alias aq̄s ab aquis marinis vt moueant̃ fluxu ꝛ refluxu
Ad qđ dicendum est ꝙ causa vna est qꝛ alie aque subtiliores sunt
aquis marinis ꝓpter qđ minꝰ resistunt penetratiōe lunari Et no-
ta reflectio lumīs ab huiusmōi aquis est mltū debilis ita ꝙ ebu-
litionem facere non pōt que quidē ebulitio requiritur ad huiusmo
di fluxum ꝛ refluxum Vñ dicit arestoteles ꝙ de quanto aq̄ sunt
salsiores de tanto sunt grossiores et sic ꝑ earum resistencias forci
us efficiunt reflectioneȝ Alia causa est qm̄ huiusmodi aq̄ tā stāg
nales q̄ fluuiales sunt parue q̄ntum ad respectum aque marine
quare paꝝ recipiunt de lumine lune Ita vt non sufficiat huiusmo
di lumen ad faciendụȝ huiusmodi ebulitiōȝ de aquis fluxibilibus
Causa potest assignari qm̄ ꝯtinue mouent̃ huiusmodi aque de lo
co ad locuȝ ꝛ sic multum impediūt actionem lune ꝛ cuiuslibȝ al-
terius agentꝭ Sicut videmus a rebus alijs ꝙ vnumqđqȝ agens
minus pōt agere suā virtutē in appropinquatione rei mote q̄ rei
fixe et quiescentis Vlterius notandū ꝙ alia causa huiusmōi flux
us et refluxus fuit antiquitꝰ assignata dixerunt em̄ cōcauitatem
subterraneam quā tartarū vocabant emittere om̄es aquas ad su
perficiem t̃re ꝛ facere fluxum maris Deinde dixerunt dictuȝ tar
taꝝ aquas fluentes absorbere et sic facere refluxum maris quam
opinionem ab arestotile improbatam dimittamus.

De causa salsedinis fontium et quorundam aqua-
rum maris Ad cuius cognitionem sunt aliqua premittenda Q

salsedo maris ⁊ alioꝝ humidorum causatur ex admixtione corpo
rum terrestriū adustorum Qd̄ ptꝫ ꝑ arestotelem quia refluxuꝫ sal
sum reddit in eo ꝙ ꝑtransit cineres qui nō sunt nisi corpora ter-
restria adusta Idem patet in quibusdam terre regionibus homi-
